



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

16 Histriones sunt infames.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cap. quorundam, in princip. Episcopum, 34. dist. cap. 1. & 2. de cler. venar. & ibi Abb. numer. 1. est etiam clericis in minoribus ordinibus constitutis venatio prohibita, ut ibi gloss. in dict. cap. 2. Sed, quoniam illis certa pœna nulla imponitur, arbitrio Episcopi sunt puniendi, ut trad. Ioann. And. & Hostien. in dict. cap. 1. de clem. venat. in fi. eoque magis clericis est prohibita venatio, quia Esau venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non invenitur in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem, piscatores autem non paucos cap. Esau. 86. distinct. Et non solum est clericis venatio prohibita, sed graviter delinquent, qui venatoribus donant, ut testatur. D. August. relatus in cap. qui venatoribus, & c. vident homines, eadem. distinct. quoniam, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vigilat, non Beatorum Martyrum loca sancta perquirat, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, salutas sylvasque perlustrat. servulos, inquam, secum pettrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes, & voluptatibus suis peccata accumulatur aliena, nesciens, ream se futuram tam de suo delicto, quam de perdizione servorum, à jejunis alienus est, nec aliis piis operibus, ut Christianum decet, vacare potest, cap. an putatis, eadem distinct. 86. & de pœna venatorum, trad. Diaz. pract. crim. c. 69. alia 61. & August. in psalm. cap. 2. relatus, in c. qui venatoribus, 86. distinct. inquit. Qui venatoribus donat, quare donent dicant mihi; quare dant venatori, hoc in illo amant, in quo nequissimus est: hoc in illo pacunt: hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicant, spectaculis hominum. qui dant histrionibus; qui donat mere-

tribus; quare donant? nunquid non & ipsa hominibus donantur? non tantum naturam ibi attendant operis Dei: sed nequitiam operis humani.

16 Sexto, histriones † sunt infames, l. 2. §. sit pœtor. ff. de his qui not. in fa. cap. 2. junct. gloss. in ver. histriones, 4. quæst. 1. & cap. pro dilectione, de consecr. distin. 2. clerici vero, qui tales se faciunt, artem illam ignominiosam per annum exercendo ipso jure, 17 † si autem tempore breviori, & tertio moniti non resipuerint, carent omni privilegio clericali, c. 1. de vit. & honest. cler. in 6. quod procedit etiam in regularibus, & aliis in factis constitutis, ut ibi trad. Ioann. Andr. Dom. & Philipp. Franc. An autem propter hoc crimen, possint clerici à iudicibus secularibus puniri, scripsit Diaz. in d. pract. crim. cap. 70. nu. 3. alias 62. circ. med.

18 Eandemque pœnam † amissionis privilegij clericalis incurrunt, macellariorum, aut tabernariorum officium exercentes, clem. 1. de vit. & honest. cler. monitione tamen de desistendo præcedente, quia propter exercitium artis prohibite ante monitionem clericus, etiam si sit tantum in minoribus constitutus, vel conjugatus, non perdit privilegium clericale, dict. clem. 1. §. quis taliter moniti, & ibi Imol. cap. ex litteris, & ibi gloss. in ver. tertio. de vit. & honest. cleric. & Diaz. dict. pract. cap. 63. alias 72.

19 Septimo, clerico † non licet advocari, vel procuratoris officium contra ecclesiam, in qua beneficiatus existit, exercere, aliàs, tanquam ingratus, potest ejusdem ecclesie beneficio spoliari, c. fin. in fin. & ibi, etiam gloss. in vers. contra ecclesiam, de postul. gloss. final. in cap. nulli 3. qu. 1. & Grass. decis.